

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput V.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

gentem feram, quæ hæc loca & totam Trachonitidem vagis domicilijs & latrocinijs infestat. In sacris literis Mare Salis seu Saltissimum appellatur, Gen. 14. Num. 34. Ios. 3. 12. 15. 18. Mare deserti seu solitudinis, Ios. 3. 12. & Mare MORTVM hoc ipso in loco, quod nullis ventorum flatibus, ut cætera, agitetur. Ideo apud Senecam Demetrius vitam securam & sine ullis fortunæ incursionibus, Mare mortuum appellat, nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denunciatione & incursu firmitatem animi tuï tentes. Congruit cum Attali Stoici dicto : Malo me fortuna in castris suis, quam in delitijs habeat.

Caput V.

L O C I .

I.

Exemplum dicti, Ex dauphinis Phœcios Phœnix regi tristes fiant. In diuinis terroribus fugiunt etiam Heroum filij. Ita enim solet Deus bellum gerere cum hostibus suis, ut primum cor & animum eis cripiat, & horrendos pauores, anxietatem & metum incutiat, quo consternati & fracti, nec mentis consilio, nec manuū robore vti possunt, sed omnes etiam corporis vires prostratae & dissolutæ concidunt. Horum dauphinis Phœciorum, in regibus & populis Cananæis, exemplum hoc loco Iosua recitat, Quos Psal. 76. (Spoliati sunt potentes corde, & non inuenerunt omnes viri robur in manibus suis ab increpatione tua Deus Iacob, &c.) & Moses Deut. 28. graphicè describit, Dabit tibi Dominus cor pauidum & deficientes oculos, & animam consumtam in corpore. & erit vita tua quasi pendens ante te, & pueris die ac nocte, & non credes vite tua. Mane dices : Quis mihi det vesperam ? & vespere, Quis mihi det mane ? propter cordis tui formidinem qua terreberis. Pueri hos Homeri versiculos repeatant, Ιλ. v. τε μὲν γὰρ τε κακὸν τρέπεται γέως ἀλυδίς ἀλητ. εἰδέσθαι ἀτέμιας οὐδὲ ἐγκένετον Φρεσὶ θυμός, ἀλλὰ μετοιλάζει, ποτὲ εἰπεῖν φρέσεος αὐτὸς ιδεῖ. Καὶ δέ τε οἱ κραδίη μεγάλα σέρνονται πάλαιστραι, κῆρος οἰομένων, πάραγοντες δέ τε γίνεται οὐδόντων.

Cum igitur promissiones patribus factas de terra Canaan Israëlitis tradenda & populis Cananæis in ea excindendis, vaticinium Nohæ, Maledictus Cham, seruus erit seruorum fratribus suis, tandem perficere & implere Deus decreuisset : primum diuinos terrores regibus & populis Cananæis immittit, eorumq; corda & animos vindemiat, ut Psalmus loquitur. Quibus languefactis & ablatis, sua sponte arna de manibus excidunt, genua labant, gelidus concrescit frigore sanguis.

II. De C I R C U M C I S I O N E, quam promissioni Abrahæ traditæ (Ego Deus tuus, & seminis tui post te, &c., In semine tuo benedicentur omnes gentes) Deus adiunxit, ut esset signum promissionis, & sigillum Iustitiae fidei, hoc est, ut commonefaceret Abramum & totam illius posteritatem de promisso semine benedicto Christo, propter quem solum iusti coram Deo siebant, & in gratiam Dei & fœdus Ecclesiæ ac salutis æternæ recipiebantur. atque ita Sacramento circumcisionis admoniti, fidem remissionis peccatorum, & iustitiae propter illud semen acceptæ, confirmarent. Deinde, ut ecclesia posteritatis Abrahæ, ab omnibus cæteris gentibus, hoc signo

signo distincta esset. Tertio, vt significaret hanc generationem naturæ humanæ, in peccatum mersæ, immundam, ideoque præcidendam & ab olendam esse. Quartò, vt admoneret de spirituali circumcisione cordis, omnibus pijs & omnibus temporibus necessaria, quæ fit vera pœnitentia, & fide, præcedente & mortificante præputium peccati in nobis hærens, & amplectente promissum semen Christum, propter quem peccatum nobis remittitur, & per spiritum sanctum expurgatur & tollitur, & noua iustitia & vita Deo placens instauratur. De hac circumcisione, conciones Pauli Col. 2. Rom. 2. Philip. 3. & Mosis Deut. 10. 30. Leuit. 26. Ierem. 4. 6. 9. legantur. & repetatur summa doctrinæ de circumcisione in capite 17. Genesios traditæ. Cum autem totis 40. annis in deserto nati infantes propter assiduam profectionum expectationem, & moræ in singulis mansionibus incertitudinem, nondum circumcisi essent: nunc demum in terram Canaan ingressi, hoc sigillum iustitiae fidei accipiunt: & inter medios hostes, tantisper, donec sanari vulnera, præcisione præputij inflictæ, possent, vmbra manus diuinæ proteguntur. Sit igitur

III. Quod obedientes mandato & vocationi D e i, quamvis pericula aliqua proposita sint, tamen à Deo gubernentur & custodiantur.

IV. De P A S C H A T E primo, in terræ promissæ campis Hierichuntinis celebrato, die 15. priui mensis ad vesperam inchoata; Qua ipsa die, anno 1503. post, C H R I S T U S pascha nostrum, & ipse Iudaicum Pascha cum discipulis vesperi comedit, & cœnam Domini instituit, & in ara crucis pro totius generis humani salute Agnus innocens immolatus est. Hic tota doctrina de Paschate, ex cap. 12. Exodi, & epistola Pauli 1. Cor. 5. quæ in festo Paschæ populo vistate proponi solet, consideretur.

V. De M A N N A etiam, quo Israëlitæ in deserto aliti sunt (Exod. 16.) & Christus panis vitæ æternæ, quem manducans perpetuam & immortalē vitam ac beatitudinem assequitur (Ioh. 6.) significatus est: prolixè Num. 11. explicaui, vnde huc assumi possunt. Ut autem Israëlitæ in terram promissam introducti, non amplius Manna deserți, sed frugibus terræ promissæ aliti sunt: ita Nos, in promissam requiem vitæ æternæ ingressi, non ulterius per ministerium Euangelij & sacramentorum de Deo docebimur & regemur, & vera agnitione Dei, fide & consolatione alemur: sed Deus ipse immediate viuificabit beatos, & suam lucem, sapientiam, iustitiam & lætitiam in eos effundet. Ut enim orto Sole, & fulgente die clara & serena, nihil opus est lychno sebaceo aut cereo: ita in vita cœlesti, ministerium verbi prophetici, quod tanquam lychnum lucentem in loco caliginoso, donec dies lucis æternæ in nostris cordibus exoriat, sequi iubemur, prorsus cessabit & abolebitur. 1. Cor. 13. 15. 2. Pet. 1. Cyrillus ad Christi aduentum, quo exhibito, sacrificia & vmbrae legis cesarunt, hunc typum accommodat lib. 3. in Iohannem cap. 36. Quadraginta integris annis (Moysæ adhuc viuente) Manna illud sensibile Iudæis largiebatur à Deo: Sed postquam Moses diem suum objicit, & duxtor populi Iosua factus est, Iordanæq; trajecto, lapideis circumcisi gladijs, pane nutriti sunt, non amplius Manna pluente Deo. Hic significatur, quia quum Moses naturæ concesserit, id est, quando legalis cultus figuræ ad exitu venerint, Christus verus Iesus atq; saluator nobis apparuit, qui saluum fecit populum suum de peccatis eorum. Et tunc nos Iordanem transgressi, spiritualem circumcisionem doctrina duodecim lapidum, id est, discipulorum

D 2 Christi

Christi accepimus. De quibus scriptum est, quod lapides sancti voluuntur in terra. Omnes enim orbem terrarum peragrarunt illi, qui nos circumcisio, non manu facta, sed spiritali per Spiritum sanctum circumcidereunt. Quando igitur ad regnum coelorum per Christum vocati sumus (non enim aliud significat Iudeorum in reprobationis terram ingressus) tunc & magna sensibile desinet. Non enim literali amplius legis sensu, sed coelesti pane, id est, Christo, ad vitam aeternam nutrimur: & morte destructa, Dei participes, gratia sancti spiritus, & communicatione corporis dominici efficimur.

V.I. Insigne testimonium de praesentia filii Dei Domini & redemptoris nostri Iesu Christi, αἰλούτων σωτῆρος θεοῦ ξυρός ἡδη εὑρών, Qui inde usque ab initio adfuit ecclesiae suae custos & opitulator, eamque aduersus diabolorum & omnium hostium furores defendit, etiam ante assumptam naturam humanam, ut primos parentes a diabolo vere in nouaculæ cuspide constitutos seruauit. Idem sedit ad clauum in Argo Noe, & Argonautas suos ex diluvio in portum incolumes deduxit: adfuit Iacobo induitus facie naturæ humanae, quam postea sibi vniuit, eumque ex omnibus malis eripuit, comitatus est Israëlitæ per mare rubrum & in deserto. Idem magnus dux Michael, æquali potentia, maiestate & gloria, cum Deo patre aeterno, & summus Imperator exercitus Domini, liberator & vindicta ecclesiae suæ: hoc etiam in loco Iosuæ, sicut regionis speculanti, apparet, & se principem ac ducem esse exercitus Domini, non solum totius militiae coelestis & Angelicæ, verum etiam ecclesiae in his terris militantis custodem, & pro ea in statione esse, & dimicare, adiunctis sibi commilitonibus sanctis angelis, demonstrat. ut in Psalmo dicitur: Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, & Psal. 34. Castrametatur Angelus Domini in circuitu timen- tium eum, & eripiet eos: sicut Eliseum à Syris obsecsum, Deus igneis equis & curribus, seu præsidij Angelorum Seraphim, cinxit, qui vigilantissimi & potentissimi custodes pro eius salute excubabant. Ita nos Filium Dei, Dominum Zebaoth, nunc quoque nobis adesse, cum præsidij militiae coelestis, custodem & opitulatorem statuamus, & fide intuentes præsidia Angelica, & inuictam manum Domini nostri, de qua scriptum est: Nemo rapiet oves meas ex manu mea: confirmemus animum aduersus metum in periculis, & vnam cum Cypriano, in persecutionibus non cogiteinus quod periculum Diabolus importet, sed consideremus quod auxilium Deus præstet, nec mentem labefaciat humana infestatio, sed corroboret fidem diuina proteccio. vnuquisque, enim secundum dominica promissa tantum accipit de Dei ope, quantum se credit accipere, nec est quod omnipotens præstare non possit, nisi accipientis fides caduca defecerit. Item, Seruulos Christi iij magis custodiunt, qui non videntur, quam qui videntur. Ut autem Iosua agnoscens Dominum Deum Zebaoth, Adoni, sustentatorem, seu fundamentum & basin, ac verum βασιλεῖα populi sui, procidens adorat eum, & voluntati & mandatis ipsius reuerenter se pariturum esse ostendit: ita nos etiam, vera pietate & fide & precibus castis, & omnibus obedientiæ officijs, hunc ducem exercitus Domini, & commilitones ipsius sanctos angelos, in excubijs animarum & corporum nostrorum retinere studeamus. Quemadmodum enim fumus dissipat apiculas, & columbas pellit scutor; ita vita custodes angelos a nobis remouet teterimus odor peccati, inquit D. Basilius & Ambrosius: Militant pro nobis Angeli, cum nos angelorum moribus pijs & castis militamus. Sic Iesu Naue ducem militiae coelestis agnouit. Idem in Psal. 40. versum

sum, Expectans expectavi Dominum: explicans, præsentem Iosuæ histriam delibat, inquiens: Expectatus est & in Iesu Naue & certe venit: qui & potestatem suam & nomen accepit, vt & populum in terram reprobationis induceret, & verè Iesu nomine vocaretur. Siccauit fluenta, conuertit amnem in suum fontem, solem statuit, donec consummaret in virtute victoriam. Sed adhuc figura erat illa, non veritas. Denique verus eis adhuc militiae coelestis effulsit, & adorauit eum Iesu Naue, quamuis nondum in corpore verus astiterat, sed adhuc venerat in figura. Quando igitur verus aduenit? Audi dicentem: Annūnciaui, & locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi: tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam, Deus meus volui.

T E X T U S . *Cultros lapideos.* cultros acutos cote lapide. nam eos reddit ferrum acutum exors ipsa secandi. Metonymia est, qua causa instrumentalis pro effectu ponitur. **G A L G A L A**, inter Iordanem & urbem Iericho, vbi Israëlitæ Iordanem transgressi prima castra fixerunt, ex quibus omnes gentes terræ Canaan debellarunt, Ios. 4. 5. In hoc loco circumciduntur filii Israël, & primum pascha celebratur. Hic desinit Manna. Hoc loco duodecim lapides ex medio alueo Iordanis sumti à Iosua collocantur, vt ad omnem posteritatem essent *μημότωνα* siccata Iordanis. Hic positum fuit tabernaculum Domini annos quinq.; & postea Eliseus scholam Theologicam centum discipulorum ibi habuit, 4. Reg. 4. Propter has causas Israëlitæ postea peregrinationem & cultum Idolatricum in Galgala instituerunt, quem seuerissime prohibent prophetæ. Ose. 4. Nolite ingredi in Galgala. Ose. 9. Omnes nequitiae eorum in Galgala. Ose. 12. In Galgal bobus immolant. Amos 5. Galgal galgalizabit, hoc est, transmigabit, exulabit. Ibidem Saul eligitur in Regem à populo Israël, 1. Reg. 11. Fit eiusdem mentio 1. Macc. 9. 4. Reg. 4. 2. Reg. 1. 7. 15. 13. Miche. 6. Ebraice גִּלְגָּל, à verbo גַּלֵּל, voluit, volutauit. & ratio appellationis hoc loco diserte indicatur. Dixit Dominus ad Iosue, Hodie גַּלְגָּל auolui opprobrium Aegypti (vel præpucium, vel seruitutem, quæ Aegyptij vos premebant, integrè sustuli: cum in terram promissam introducti estis. Ideo locum castrorum Galgala, id est, LIBERTATEM aliqui vertunt) à vobis, vocatumq; est nomen loci illius Galgala, usque in præsentem diem. alij, quia vox גִּלְגָּל Gilgal rotam seu sphæram seu circumrotationem significat: inde nomen ortum putant, quod Iosua, ex his castris, quasi statuimus, omnes gentes vicinas per gyrum debellarit, & vicerit, & quasi circumrotando contriuerit. *Phase.* Exod. 12. Num. 9. *Azymos.* non fermentatos, ab α & ζεῦ, à ζεω, ferueo. 1. Cor. 5. *Polen-* tam eiusdem anni. in Ebræo ἡλιος Spicas tostas, Germani Sangen nominant. *Manna.* Exod. 16. Num. 11. Ioh. 6. *Princeps exercitus Domini.* דָּבָר Dux militiæ coelestis. Luc. 2. Dan. 7. Apocal. 12. Psal. 46. *Quid Dominus meus.* אֲדֹנָי correlatiuum serui. Significat autem יְהָוָה fundamen-tum seu basin, cui tota domus innititur, & à qua sustentatur, ut βάσις λαβεῖ. ita Christus Filius Dei יְהָוָה fundatum & Rex est Ecclesie suæ, quam sua potentia & merito constituit, redimit, liberat à peccato & morte, defendit aduersus diabolos & tyrannos, & tandem resuscitatam ex morte ornabit vita & gloria æterna. *Solue calciamentum tuum de pedibus suis.* Hæc enim est terra illa sancta, patribus promissa, sedes ubi fata

quietas ostendunt. In hac terra consistes & manebis. Nam stare calceatum, perfectionem ex eo loco significat. econtra soluunt & exuunt calceos, qui manere aliquantis per & commorari decreuerunt. tametsi Ruth. 4. cessionem de suo iure ritus soluendi & tradendi calceum denotat. & hoc loco ceremonia religiose venerationis est, significans hanc terram diuinitus electam, & sanctam sedem ecclesiæ esse, in qua Deus præsens adsit, & diuinitatem ac omnipotentiam suam, rebus maximis, pro Dei gloria & ecclesiæ salute gestis, demonstret. *Locus sanctus est.* propter patefactionem & præsentiam Filij Dei.

Caput VI.

Historia urbis Hiericho, à Iosua cantu tubarum expugnatæ, & funditus euersæ, primum locum, D. Ambrosius ad Gratianum Imp. scribens, his verbis indicat, *NOSTI FIDE MAGIS IMPERATORIS, QUAM VIRTUTE MILITVM, QVAERI SOLERE VICTORIAM*, ut Iesus filius Naue, hostes, quos totius exercitus manu valida superare non potuit, septem tubarum sacerdotialium sono vicit, vbi ducem militiæ cœlestis agnouit. Ergo & tu vincere paras, qui Christum adoras; vincere paras, qui fidem vindicas. Fide enim muri Hiericho septem diebus obsecsti, corrueunt. Ebr. 11. & Psal. 44. Non in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua & brachium tuum. 1. Macc. 3. A Domino est victoria. Quod in hoc exemplo euersoru sonitu tubæ mœnum Hiericho, perinde ac si tormentis æneis, vel terræ motu quassata corruiissent: multò ilustrius conspicitur, quam in Babylonis à Cyro captæ (libro primo Herodoti) vel Tyro & Gaza magno labore inilitum ab Alexandro expugnata, vel Demetrij regis Asiæ historijs, qui ἀστικόν τε cognomen ab industria & felicitate obsidionum & expugnandarum virbium accepit.

II. Concio de I R A Dei horrenda aduersus Idolatriam, libidines, superbiam, luxum, auaritiam, rapinas & similia peccata, propter quæ Deus maximas vrbes & gentes funditus euertit ac delet, vt urbem Hiericho, Sodomam, Ierosolymam, Niniuen, Carthaginem deleuit. ac vt de urbis Troiæ deletione Historicus ait, ita & de Hierichuntis excidio dicere possumus, η ιεριχωτας πολομένη, καταφαντες τέτο τοῖσι αθωποισι ἐποίησε, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλα εἰσὶ καὶ τιμωρίαι, παρὰ τὴν Θεοῦ: Hiericho funditus excisa, omnes homines docet, quod magna peccata magnis poenis à Deo vindicentur. Est enim hæc norma Iustitiæ diuinæ æterna & immota, in primo præcepto fancita, Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, P V N I E N S P E C C A T U M.

III. Sonitus tubarum, quo muri Hiericho prostrati corrueunt, est *Imago prædicationis verbi diuini*, per quam Deus, munitissimum & omnibus alioquin viribus & armis humanis insuperabile regnum Diaboli, in mundo destruit, & nos sono tubarum attendentes, & verbo Dei credentes, victores peccati & mortis efficit, & iustitia, salute & gloria æterna donat. vt Actor. 11. dicitur, Loquetur tibi verbum, per quod saluaberis tu & domus tua. Roman. 1. Euangelion est potentia Dei ad salutem omni credenti. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed po-